adessent Concilio, quæ Germanos ut eò venirent
imitare possent, tamen uidisti ipsi pauci accesserint;
ex illis quidem qui medicina Concilij maximè
indigerent nulli: ex episcoporum uerò numero
et si aliqui inuenti sunt, saltem qui procuratores
suos miserint, tamen quod attinet ad id remedium
quod ex Concilio Tridentij celebrando saluti Ger-
manorum causa sperari potuit, ne minima quidem
ex parte ea signa uoluntatis in recipienda medi-
cina salutis ostendebant: quæ quantum studio, cura,
et sollicitudini S.mo D.no N.ro in ea porrigenda respon-
derent, imo in ipso studio diligentia accedendi ad
Concilium ipsa Germania natio licet propinquior posset
esse se uinci ab alijs nationibus, ab alijs episcopis,
qui satis magno numero uenerunt ex Hispanijs,
Gallijs, Italia, et romatienibus prouincijs, quibus Ciui-
tas Tridentina non erat ita commoda: sed alia
nunc sunt tempora, auctoritas nunc magis auctoritas
Cæsaris, qui in se recepit Germanos si Concilium
redeat Tridentum, omnes ad obedientiam reddituros: hoc enim se effecturum Cæsar cæterique Prin-
cipes et status Germaniæ polliceantur. Tu uero
D. Orator tecum considera si Germani sane uoluntatem
habent; cur non simpliciter se Concilio submiserunt.

quanquam hoc non propterea dictum esse, quasi multum
laboret S.S.tas Veronicani an alio in loco perficiatur
Concilium, modo publica et communis Ecclesiæ ratio
habeatur. Tu uero D. Orator ita nim loci et urbis
Tridentinæ in hac causa uerbis exageras, et ita uerum
esse illam Ciuitatem affirmas quò redeat
Concilium, ut nisi in eo in loco ubi cœptum est, illic
quoq3 Concilium finiatur, actum esse de salute Ger-
maniæ asseras: quare culpam hanc S.S.ti uis
tribuere, nisi eius auctoritate rursus eò Concili-
um redeat. Considera quæso quæ dicis de hac
necessitate cogendi Concilium eo uno in loco, in
quo uidens idem facere in re Concilij atq3 factum
est diuina prouidentia sic statuente in uetere po-
pulo cum nondum spiritus esset datus, et uno tanti
in loco in una tantum Ciuitate Hierosolymitana
sacrificare possent: cur enim Concilij uniuersalis nim,
in quo spiritus sanctus præsidet ad unius Ciuitatis
muros cogis! in qua de Germanorum salute agitur;
an non eandem semitutem in celebrandis Concilijs
pro salute populi Germani introducis, quæ erat po-
puli Iudeorum in sacrificijs, qui nusquam salutares
hostias præterq3 Hierosolymis offerre potuerant!
nunc enim qui certum locum prescribere uelit Concilij